

tum ei loqui, vt excommunicato, vt breuius respiciat & conuertatur, vel si scriberetur ad inimicum, vel proditorem reipublice contra ipsam reipublicam vel ad homicidium committendum, vt per Doct. in l. 1. Dig. de verb. oblig. & in l. scienti, ff. de Parrici. & in l. 1. Dig. ad l. Iuliam mai. late Villadieg. in tractatu de legat. in 1. questione part. 3. nu. 5. cum sequentibus fol. 168. in 14. volumine tractatu diuers. Doct.

23 Præcipue, quia non est prohibitum loqui delinquentibus, nec eis alimenta præstare causa miserationis, imo est licitum & permiffum, quoniam tantum est prohibitum receptare delinquentes, eosque dolo occultare iudici, vt delicta remaneant impunita, vt constat ex omnibus iuribus & doctoribus, qui in hac materia loquuntur, & præcipue ex Anton. Gomez. 3. tomo cap. de homin. numer. 50. & bene ex Auendan. lib. 2. capit. 7. præ. per totum & præcipue, numer. 2. & in de quo dolo & malitia constare debet, aliter enim ignorantia præsumetur, non vero culpa, nec delictum in loquentibus, & recipientibus delinquentes, ipsique ministrantibus victum & potum ex regula vulgata text. in l. merito, ff. pro socio.

24 Et si alleganti dolum vel culpam incumbit onus probandi, vt in l. quoties, §. qui dolum & ibi gl. & Doct. ff. de probat. & in aliis iuribus vulgaribus.

25 Et si de iure huius regni ad hoc vt receptor incurrat in pœnam receptoris requiritur, quod iudex petat ab eo delinquentem receptatum, & sibi negetur & occultetur per l. 6. titulo 11. lib. 1. ordin. veter. & l. 3. & 4. titulo 17. & l. 36. titulo fin. lib. 8. ordin. veter. hodie l. 2. & 4. titulo 16. & l. 6. titulo 22. lib. 8. noua recopil. reg. per que iura ita tenet Auendan. vbi supra numer. 2. Quibus sic extantibus multo minus erit prohibitum recipere epistolas familiares absentium ob delicti causam, dolo non probato contra recipientes eas, nempe quod ipsas habeant & exhibere reculant, ne delictum reueletur, quod minime probatur in proposito, imo contrarium constat declarationibus iuratis reorum, quibus standum est per supradicta. Præterea minime probatum existit, quod absens qui scripsit dictas literas sit delinquens, sed tantum famuli ipsius, quo casu etiam ipse receptor non incurreret receptans vllam pœnam, quia oportet ad hoc, vt receptoris eam incurrat, vt probetur receptatum esse delinquentem & scientia receptoris, vt constat ex omnibus iuribus, & doctoribus in materia loquentibus, præcipue ex Anton. Gomez & Auendan. vbi supra numer. 4. & II.

26 Vbi si dicatur, quod probabilis ignorantia, quod ille non sit delinquens, excusat à pœna receptionis, quia vera & non præsumpti scientia requiritur, quod sit delinquens, quod etiam iure regni probat text. in d. l. 36. titulo fin. libro 8. ordin. veteris. Quod si hoc ita dispositum est respectu personæ ipsius absentis, à fortiori idem intelligi debet de ipsius epistolis ad amicos missis Tertium dubium est, vtrum dicti rei teneantur exhibere, & facere comparere personaliter coram domino iudice, famulos proprios absentes, cum sint homines liberi & extra ministerium & famulatum dictorum reorum?

28 In quo respondeo negatiue: nempe minime ipsos teneri exhibere prædictos famulos. Primo per text. optimum in l. apud antiquos ad fin. versicul. de eo autem, Codic. de furt. & seru. corrup. præsupposito, quod dominus, cuius seruus dedit noxam alii vel commisit furtum vel aliud delictum, tenetur pro eo soluere damnum, aut ipsum seruum dare pro noxa, vt est textus in l. 1. & per totum, ff. de noxalib. actio. & in princip. Inst. eod. titulo. dicit nunc text. in d. versicul. de eo autem: quod dominus non tenetur pro eo quotiescunque famulus suus est homo liber & suæ potestatis, qui commisit delictum, & quod est impossibile nostrisque legibus incognitum mouere hoc casu

actionem contra dominum: idem etiam probat text. in l. noxali iudicio, ff. eodem titulo de noxal. & in l. confessionibus, in fin. Digest. de interrog. act. Ecce ergo iura expresse probantia, quod dominus non tenetur pro famulis suis liberis hominibus delictum committentibus, nec suscipere iudicium, nec ipsos dare aut exhibere. Et ita inuenio per illa iura tenere Bald. in l. 1. Digest. ne quis eum qui in ius voc. & c. dicens, quod dominus non tenetur ex noxa & delicto alterius, famuli vel serui, & ibi Iason. numer. 3. plures allegans eum sequitur, idem Iason in l. 1. numer. 1. ff. si ex noxal. causa agatur vbi ampliat etiam si famulus sit bona fide possessus pro seruo.

Secundo per text. in l. 2. Codic. ad exhiben. Vbi probatur, quod si alicuius seruus de crimine aliquo postuletur, dominus non debet eum celare, sed exhibere. Itaque quando dominus habet famulum suum in sua potestate, qui de aliquo crimine impetitur non debet eum celare, sed exhibere: ergo à contrario sensu manifestissime ibi probatur, quod si famulus sit homo liber & non seruus, ita quod non sit domini potestati subiectus, præcipue cum sit absens non teneatur eum exhibere. Sed in nostro casu, famuli sunt homines liberi non serui, ipsique minime celantur à dominis suis, sed auferunt, ita, vt non sint nec in potestate, nec seruitio dominorum, ergo eos exhibere non tenentur nec possunt.

Tertio quia iudex, qui est officialis publicus & ratione sui officii tenetur famulos suos exhibere tempore syndicati, quia tenetur pro eis, si tamen ipsi deliquissent in aliquo & aufugissent, non tenentur hoc casu eos exhibere, quia nemo tenetur ad impossibile, neque ad casum fortuitum, qui nocere non debet bono viro. Ita tenet Catald. in tract. syndicat. questio. 264. & Amodeus Iustin. in eodem tractatu in parte, qui dominus, potestas & officialis in versu. statutum.

Quarto, quia solum dominus tenetur exhibere famulum quando ipsum præposuit alicui officio, vel ministerio & in eo deliquit, vt tenent Bartol. & Bal. in l. 1. §. familia, ff. de public. & veltigal. vbi inquit Paulus, quod dominus non tenetur pro famulo alias delinquente extra illam rem. & tenet Bald. in l. obseruare, §. proficisci ff. de officio proconsul. & legat. Imo etiam si delinquat in præd. officio publico, cui præpositus est, si accusetur criminaliter, dominus non tenetur eum exhibere, vt tenet glossa in d. §. proficisci.

Quinto quia tunc potest peti ab aliquo, vt exhibeat hominem liberum, quando eum detinet, vt per totum tit. ff. de lib. homin. exhib. & tunc debet probari detentio, & possessio ab eo; qui exhibitionem petit, vt in l. 3. §. fin. ff. ad exhib. & ibi Doct. Iason. in §. præterea num. 47. Inst. de action.

Ex quibus omnibus infertur iniuste iudicem protulisse sententiam, qua reis præcepit, vt exhiberent præd. literas, quas receperunt, & suos famulos absentes, præcauendo quod alias ipsos reos haberet, & habeat pro perpetratoribus, participibus & auxiliatoribus dicti delicti: à qua sententia extat legitime appellatum, quia habet vim diffinitiuæ, quo casu licita est appellatio.

Quia quotiescunque sententia interloquutoria habet vim diffinitiuæ, idem iudicatur de ea quod de ipsa diffinitiuæ, vt late tradit Bernard. Diaz de Lugo in regula 353. in princip. Quo fit, vt licita sit appellatio, vt plures allegans tenet Marant. de ordin. Iudic. sexta parte pr. C. de appellat. in 330. fo. 579. Et cum habeat locum appellatio à præd. sententia, iudex perquisitor minime potest in ipsa sententia diffinitiuæ mouere animum suum ad condemnandum dictos reos per dictam sententiam, quam appellat interloquutoria, existimans sufficere culpam, quam eis ipsemet imponit in præd. sententia, etiam si aliter ipsa non probetur: quoniam & iustitiam præceptum fuit

fuit, & ab ipso legitime extat appellatum, sicque causa deuoluta ad Superiores fuit.

33 Tum si vel maxime ex eo, quoniam reis non potest alia culpa imponi, quam illa, quæ liquidis & perspicuis probationibus probata extiterit, vt in l. fin. C. de probation. & in l. 26. tit. 1. part. 7. & 8. titulo 31. part. 7. & l. 12. titulo 14. part. 3. & l. 10. titulo 11. part. 3. Pœna etiam suos tantum debet tenere auctores, vt in l. sanctimus, Codic. de pœnis, & in leg. 9. titulo 31. part. 7. Imo iudex ex officio omnibus vis tenetur inquirere defensionem reorum absentium, sicut & culpam & se informare de innocentia reorum, vt in pragmatica, de la orden judicial contra los absentes, cauetur, quæ hodie est l. 3. titulo 10. libro 4. noua recopilat. Regiæ, nec delictum præsumi debet, vbi id non est, vt in dict. leg. merito, ff. pro socio. Et ratione dubij, quis ex duobus commiserit delictum, quamuis constet, vnum ex eis commisisse, ambo absoluedi sunt, etiam si delictum remaneat impunitum: & hoc fauore innocentie, vt in leg. absentem, versiculo satis, ff. de pœnis, optima l. 9. tit. 31. part. 7. vers. sic. E autem de reos, vbi asseritur, que los juzgadores deuen estar mas inclinados, e aparejados, para quitar los homes de la pena que para condenar los en los pleitos, que clar amener no pueden ser prouados, o que fuer en dubio de los: e a mas sancta cosa es, e mas derecho de quitar al home de la pena que mereciese por yerro que ouiesse hecho, que darla al que no la mereciese, ni ouiesse hecho alguna cosa por que.

Et per text. in l. dicit. l. absentem, versiculo, satis, inquit glossa ordinaria in leg. item Mela, §. sed si plures, verb. plures, ff. ad leg. Aquil. quod si quando vnus ex pluribus deliquit, nec inuenitur delinquens, nullus debet puniri: cuius opinionem dicit communem Hippolytus consilio 24. & Parisius consilio 148. volumin. 4. Quo igitur iure fundari potest dictum iudicis præceptum, imponendo ipsis reis ex suo capite & fictione culpam, que non est probata? aut quo pacto potuit ipse solus eos delinquentes facere? nullo pacto. Quarto dubitatur, vtrum ex depositione d. ministri iudicis, asserentis, se vidisse dictum asserentem delinquentem, qui est absens, alloqui ad aures eum præfatus reis in domibus d. dom. Federici, & illico surrexisset & fugisset, inducatur aliqua præsumtio contra ipsos reos?

Cui respond. nullam ex hoc induci contra reos culpæ præsumtionem. Primo, quia non est credendum dicto testi per omnia supradicta aduersus ipsius depositionem.

Secundo, quia si etiam probatum esset pluribus testibus, quod asserit dictus minister iudicis, adhuc reis non noceret. Quoniam doctrina Bartol. in l. si veniat, §. fin. in fine, ff. de privileg. cred. & sequacium, quæ videbatur nocere, loquitur & procedit tribus concurrētibus copulatiue, nempe, loqui ad aures secreto, & quod sic alloquens sit inimicus offensus, & quod postea statim committat delictum, vt tenet & declarat Ias. in l. 1. numer. 31. in §. limitation. C. de seruis fugit. vbi inquit, esse hanc mirabilem limitationem & tenendam fixam cordi, & Ripa in d. l. si ventri, §. fin. 4. & Petr. Placha de delictis, c. 14. n. 6. fol. 131.

Itaque si alloquens secreto non erat inimicus offensus, non præsumitur aduersus eam, quod mandauerit vel consulerit committi delictum, vt tenet Baldus in dict. leg. 1. numero 10. Codic. de seruis fugit. Marcus Anton. Blanc. in tractatu de iudicis, numero 232. cum sequentibus, folio 76. & Brunus in eodem tractatu de iudicis in tertia questione prime partis, numero 36. & 37. folio 93. volumine 10. tractatu diuers. Doct. & plures allegans Ludouicus Carverius in sua practica criminali in 20. iudicio, per 10. um, & iterum in eadem practica, in tractatu de homicid. §. incip. circa secundum, numero 16. & 22. & iterum numero 32. folio 142. & 143. & in §. sequitur de consulente,

numero 11. folio 158. Cum igitur probatum non sit, quod dicti rei essent inimici offensus, non debet contra eos præsumi mandatum nec consilium committendi delictum.

Pro quo si facit doctrina Baldi in l. 1. num. 13. C. de seruis fugit. vbi ait, quod quando consilium potest verifimiliter se habere ad bonum & ad malum, ille, qui dat consilium, potest illud interpretari, imo etiam absque interpretatione hominis lex interpretatur in meliorem partem, argumento l. merito, ff. pro socio, & in l. fina. tit. 10. part. 5. vbi probatur, quod in dubio nunquam præsumitur delictum. Quod dictum Baldi refert & sequitur Alexan. consil. 220. incip. quoniam abunde, volu. 2. Ias. in d. l. 1. n. 24. C. de seruis fugit. vbi nam. sequentibus late confirmat & maxime commendat, sequitur etiam Alciat. alios allegans reg. 3. præsumt. 1. num. 1. Cum igitur dicti rei cum iuramento declarauerint, quod tunc agebant & loquebantur cum prædicto asserente delinquente, ei standum est, maxime, cum ius illud interpretetur in bonam partem.

Quinimo dubitari potest, vtrum dominus Federici, eo, quod auferretur de domo sua dicti absens, teneatur exhibere eximentem? In quo dicendum est, non esse dubium, quin dominus Federicus ad id minime teneatur ex omnibus supraductis, & præmaxime, cum non sit probatum, quod vllus vi exemerit delinquentem de manibus familiarum iudicis, nec quod fuerit captus in domo d. dom. Federici, quia solum id testatur minister iudicis, cui non est credendum, per omnia supra dicta circa ipsius depositionem, neque quod præd. absens commiserit delictum.

Cum igitur non constet de delicto, non est agendum de pœna, vt tradit Ias. in l. iusurandum, quod ex conuentione, §. fin. n. 23. ff. de iur. iur. late Caspol. in repet. auct. sed nouo iure, num. 70. C. de seruis fugit. & Hippolyt. consil. 8. libro primo, & late Carverius alios allegans in sua practica criminali in tractatu de homicid. §. & nota doctrinam, num. 10. fol. 237.

Neque obstat, quod si lex 3. titulo 17. libro 4. fori, & lex 13. titulo 13. libro octauo, §. ordinamen. veter. & lex 54. & 102. styli, decidant, dominium domus, vbi reperitur homo occisus vel vulneratus, teneri præstare auctorem vel pro eo respondere: quoniam in domo Dn. Federici non fuit reperiens homo occisus nec vulneratus: ideo non est agendum de hoc, cum casus dicti. sit exorbitans & pœnalis, & sic extēdi non debeat ad alium, vt in l. si vero, §. de viro, & ibi Doct. ff. solut. matrim. Doct. præcipue Ias. in auct. quas action. C. de sacros. Eccles. Quinimo in casu dicti. legum quamuis dominus domus auctorem non ostendat, non ideo condemnandus venit, quia iudex ex officio debet inquirere contra ipsum: quod si probationes non inuenierit, & in dubio absolui debet dominus domus per supradicta: & in terminis sic intelligit leges illas Montalu. in d. l. Fori, glossa.

Item dict. II. Regiæ si debent intelligi in hominibus male tamē & consuetis similia perpetrare, vt per Bald. in l. 1. §. 1. ff. de offic. præfect. vigil. & Alexan. in additio. ad Bartol. in l. adiles, ff. de via public. Angel. in tract. malef. in parte, fama publica, num. 53. & Hippolyt. consilio 52. & 72. & simil. 392. & in l. qui falsam, numero 114. & sequentibus, ff. de fals. quod cessat in domino Federico, pro ut est notorium & probatum. Præterea dictæ leges permittunt, imo reseruant domino domus ius propriæ defensionis. Hoc autem optime deduxit & probauit dictus dominus Federicus, nempe, quod solitus sit fauorem & auxilium præstare Regalibus iudicibus, & nunc præfenti casu statim, quod tui petitum, præstauit quamuis asserens delinquens sua bona fortuna & diligentia pedum adhuc euaserit: sicque nulla culpa imputari potest dicto domino Federico nec possit,

quamuis in sua presentia consanguinei vel familiares ipsius, casu absq; ipsius mandato, consilio vel favore aliquod delictum commississent, quia non poterat prohibere, vt tenet Abb. in cap. cum d. causam, num. 19. & in cap. constitutus, el. i. num. 3. de testibus, Felinus late in cap. Petrus, de homicid. vbi alios Doctores allegat pro quo est bonus text. in leg. nullum, ff. de regulis iuris, vbi dicitur: Nullum crimen patitur is, qui non prohibet, cum prohibere non possit. Septimo est videndum; Vtrum rei tacendo, quando minister iudicis eidem dixit, estis caualleros me le ha quitado, vif fuerint consentire & sibi in aliquo preiudicare? In quo t dicendum est, quod non, quia neque est legitime probatum, nec, si probatum esset, noceret eidem propria taciturnitas in re sibi adeo preiudiciali, per text. in l. penult. ff. de fort. per quem text. & alia iura tenet Bar. in l. que dotis, n. 24. ff. solut. matrim. & sibi l. as. n. 104. Felin. in c. nonne, n. 11. de presumt. & nu. 2. ampliat etiam, vbi quis poterat contradicere; Nam etsi ta coet, non presumitur consensus.

Quibus omnibus attentis non est habenda consideratio damorum, qua petunt offensis, cum rei sint innocentes, & quod petitio sit extra rem, vt in l. si sterilitis, §. cum per venditorem, ff. de act. emt.

46 Præmaxime, quod t etiam si membrum remaneret debilitatum offensis, adhuc sibi delinquentibus non deberentur operæ, nec aliquod interesse ipsarum, cum non sint officiales, vt tenet Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de iniuriis, §. 2. num. 5. in vers. quid si nullam artem exerceat, l. i. vbi inquit, quod nullæ opere æstimabuntur. Hoc etiam constat ex Azone in summa, in tit. de oblig. que ex quasi delict. nasc. numer. 11. & C. ad l. Aquil. & ex Marant. de ordin. iud. 4. p. princ. i. distin. num. 4. fil. 8. & tenet Anon. Gomez. c. 3. de homicid. nu. 37. & iterum c. 6. de iniur. num. 9. & est hodie expressa l. 6. ad fin. i. 5. part. 7. a contrario sensu. quod est fortissimum argumentum, vt in leg. 1. ff. de officio eius, & c. Hæc causa fuit decisa, & dict. dominus Federicus fuit in totum absolutus: ceteri vero rei presentes condemnati extraordinarie, & pro sua parte exstitit appellatum.

S V M M A R I A.

- 1 Chirographum habitum pro recognitio a iudice ob contumaciam partis, habet paratam executionem.
- 2 Verba instrumenti receptionis pretij an reddantur falsa, si testes dicant, nullum fuisse pretium numeratum, in sua presentia? & n. 3.
- 3 Instrumentum non est falsum, quod in se habet primordium veritatis.
- 4 Falsum non committitur absq; dolo.
- 5 Quotiescunq; aliqua causa subesse potest, etiam iniusta, excusatur quis a dolo.
- 6 Notarius committens falsitatem, non quidem dolose, sed culpabiliter, ob amorem paternum in ipsius defensione, non punitur de falso, ne priuetur officio, sed extraordinario multatur arbitrio iudicis.
- 7 Error excludit dolum, & in dubio potius presumitur error, quam dolum.
- 8 Regula text. in l. i. C. ad l. Cornel. de fals. que habet; Quod probato delicto, presumitur dolum, fallit in notario accusato de falso, vbi non constat de animo nocendi seu delinquendi, & n. 12.
- 9 Falsitas non presumitur, vbi agitur de modico preiudicio & paruo interesse.
- 10 Delictorum cum plura sint genera, non solet quis moueri ad delinquendum sine aliqua causa eum impellente, & dolum non solet committi sine animo lucrandi, & n. 12.
- 11 Cessante causa doli, debet cessare doli presumtio.
- 12 Notarius si apposerit vocacionem suorum in testamen-

- 10, etiam si probatum sit, testatorem suos non vocasse, ex hoc non potest dolum contra notarium considerari, ex quo doli causa nulla verisimilis imaginari potest, sed presumetur, notarium apposuisse per simplicitatem aut errorem, & sic deliquisse per culpam, non per dolum.
- 13 Qualibet causa, licet iniusta, excusatur a dolo.
- 14 Qualibet credulitas, etiam fatua, excusatur a dolo, & bona fides potest causari, etiam ex iniustis & temerariis causis.
- 15 Qualibet causa etiam minima, iusta vel minus legitima excusatur a dolo.
- 16 Qualibet causa, etiam iniusta & bestialis, excusatur a dolo.
- 17 Qualibet causa, licet iniusta, excusatur etiam a multa.
- 18 Tanta est iudicialis auctoritas, vt pro ipso semper presumi debeat, donec contra ipsum aliqua legitime comprobetur.
- 19 Falsitas, que alteri damnum nec infert nec inferre potest, non punitur.
- 20 Verbis notarij, de iis, que tempore instrumenti geri non potuerunt, non creditur.
- 21 Falsitas non nocet, quando committitur circa id, quod de se non probat.
- 22 Imo hoc casu nec extraordinario puniri debet falsum committens.
- 23 Falsitas non nocet commissa circa scripturam, qua principio non faciebat fidem, etiam si postea ex statuto superueniente fidem faceret.

CONSILIVM XXXVII

Accusatur tabellio, quod in precepto iudicis de tradenda possessione virtute cuiusdam sententia, (vulgo dicta de remate) retulerit quadam, que minime ita se haberent in processu, veluti, quod exsequutio fuisse facta virtute chirographi recogniti a parte, cum tamen vere & realiter recognitum non fuerit, sed pro tali habitum a iudice propter contumaciam debitoris citati ad recognoscendum. Item asseruit, quod praconia iudicis essent preserta seu facta, & quod pars sicut citata ad videndum fieri ultimam pignorum licitationem, & quod comparuit & se opposuit exsequutioni, & sibi a iudice fuerunt assignati decem dies, & alia huiusmodi, qua quidem minime ita se habebant: quamuis verum est, iudicem protulisse præd. sententiam & iussisse tradere creditore possessionem bonorum debitoris captorum pro præd. exsequutione. Errauit tamen tabellio in narratione actorum, ob quod accusatur de falso. Vtlo processu absoluentus est dictus tabellio & liberandus a præd. accusatione, & quamuis aliqua, leui tamen poena propter negligentiam condemnatur, declarari tamen debet, falsitatem abesse atq; dolum, idque sequentibus fundamentis.

Primo, quia t nullum delictum potest considerari circa primam assertionem, nempe, quod exsequutio fuerit facta virtute cuiusdam chirographi recogniti a parte; Quandoquidem eandem vim habet ad hoc, vt habeat paratam exsequutionem, quod sit recognitum vel pro tali habitum in contumacia, tum iuxta stylum huius tribuualis, prout est probatum, tum etiam iuxta iuris dispositionem: quoniam non debet esse melioris conditionis contumax, quam comparens & recognoscens, vt expresse disponit l. vnic. in princ. et. §. li. 8. ordin. & in specie nostra probat Petr. Rebuff. i. tom. super constitutiones Regias, in tractat. de chirograph. nu. 98. & eum referens D. Con. lib. 2. var. resol. c. 11. nu. 4. ad fin. & Didacus Perez in l. 4. vers. quid obsecro iuris erit, et. §. lib. 3. ordinam. col. 1090. Auendam. 2. part. cap. 30. prætor. num. 4. Quod cum ita se habeat, minime deliquisse videtur tabellio in prædicta assertionem, quod optimo simili comprobatur. ¶ Quia verba in instrumenti receptionis pretij non reddun-

redduntur falsa, etiam si testes dicant, nullum fuisse pretium numeratum in sui presentia: quia possunt saluari in receptione ficta, qua fit per conuersionem vnius debiti in alterum, vt tenet Bart. in l. prædia, num. 3. ff. de acquirend. possess. quem sequitur Montal. in l. 1. titul. 12. lib. 4. for. idem Bartol. loquens in verbis instrumenti, dedit & mutauit, in leg. singularia, num. 22. ff. si cert. petat. vbi lason. num. 45. alios referens, dicit æquiorrem contra Bald. & sequitur Paulus de Castr. consil. 120. num. 3. volum. 1.

3 Vbi t nu. 4. inquit non esse falsum instrumentum, quod habet in se aliquod veritatis, hoc est primordium veritatis, vt inquit Aymon Crauet. cons. 46. num. 8. lib. 1. vbi intelligit quando factum non fuit, mutando veritatem ob debitum falsum, imo ob verum, pro quo nullo modo literæ præceptorie negari poterat, sicut contingit in proposito quia verum debitum præcessit, si cut ipsemet debitor fatetur in libello a se in iudicio producto, ob cuius confessionem & ob interlocutionem iudicis, qua habuit pro recognito d. chirographū, literæ executionis faciendæ & tradendæ possessionis concedendæ necessario erant, prout concessa fuerūt iuxta stylum & consuetudinem dicti tribuualis & Doctorum iuridicam præfatam determinationem: Ergo nullo modo potest dici falsum commississe dictum notarium. Et quamuis contra Bart. in d. l. prædia, num. 3. referat esse communem Additio ipsius ibidem, & Iulius Clarus in sua practica criminal. lib. 5. §. falsum, versiculo notarius, tamen in proposito tabellio falsarius minime dici potest, cum ipsius assertio, de qua agimus, inuictur primordio veritatis, nempe quia debitum est verum, & debitor ipse in præd. libello id recognouit, & sic necessario erant concedendæ pro præd. debito literæ supradictæ, vt tradit Aymon vbi supra, & præterea fatetur ipsemet Iulius Clarus in vers. præterea excusatur testator, vbi supra, asserens, quod non potest dici falsum illud, quod inuatur primordio veritatis.

Præterea idem tabellio a ceteris defenditur, quoniam ipse probauit cetera acta causæ coram aliis tabellionibus gesta fuisse, non vero coram se, sicq; potuit credere recte gesta fuisse; quandoquidem approbata fuerunt a iudice, maxime quia testibus probauit, citationem præfatam, cuius defectus sibi imputatur, realiter factam fuisse, quamvis scripta non appareat.

4 Secundo t & principaliter, quod tabellio supradictus nullam commiserit in prædictis falsitatem, si que nullo modo poena falsi imponenda sit, tribus præcipuis rationibus probatur. Prima est quoniam falsum non committitur sine dolo, l. i. in princ. & in l. impuberem, in princ. ff. de fals. Cyn. & alii Doct. in leg. exemplum, C. eodem titul. est communis secundum Iulium Clarum in pract. criminal. §. falsum, vers. excusatur autem, probat bene Paulus de Castro consilio 157. numero 1. volum. 1. idem Paulus de Castr. loquens in notario consilio 371. n. 5. volum. 1. Vbi etiam t dicit, quod quoties aliqua causa subesse potest, etiam non iniusta, excusatur quis a dolo, iuxta glos. magn. in fin. l. 1. ff. si quis ius dicent. non obtemp. de qua inferius dicitur. ¶ Tandem concludit Paulus, q; quando notarius non fecit dolose, sed culpabiliter, ob amorem paternū in ipsius defensionem (quo casu voluntas clara t videtur interuenire mutandi veritatem) nihilominus inquit ipse, mitius agendum esse cum eo, vt non puniatur de falso, ne priuetur officio, quod est magna poena capitis, honoris & diminutio, vt in l. testamento Centurio, ff. de testam. mili. Sed posito, quod probaretur mutasse veritatem, quod extraordinaria multa mulcandus esset ad arbitrium iudicis, quia propter culpam non punitur quis criminaliter & ordinarie, sed extraordinarie, vt ibi bene probat. Sed in præfenti nullo animus mutandi veritatem interuenit, nec causa

tangebatur consanguineum, affinem nec amicum ipsius notarij: Igitur non est presumendus dolum in eo: ac per consequens, de falso nec criminaliter debet puniri, nec forsan extraordinarie, ex iis, q; infr. dicentur. Idem tenet loquens in notario inquisito de falso idem Paulus de Castr. consil. 364. per totum, vol. 2. Vbi t inquit, quod error excludit dolum, & quod in dubio potius presumitur error, quam dolum, l. penult. C. de iis, qui sibi in testam. adscrib. & l. senatus, eod. tit. Nā frequenter contingit, quod notarij per errorem omittunt aliqua scribere in instrumento, etiam de pertinentibus ad eos. Et tandem concludit, quod posito, quod deliquisset, non meretur poenam falsi corporalem, sed leuem extraordinariā ratione culpæ non doli. Addit. Rolan. a Valle consil. 38. n. 31. lib. 1. cum gl. & Marfil. quæ refert, quod notarius in dubio non presumitur falsarius, & n. 39. cum Bald. & alijs; quod potius presumitur ignorantia, vt euitetur falsitas.

Neq; t obstat, si dicatur, quod probato delicto presumitur dolum, iuxta l. i. cum materia. C. ad l. Cornel. de fidei. car. quia licet id sit regulariter verum in delictis, fallit in notario accusato de falso, vbi nō constat de animo nocendi vel delinquendi, sicut in nostro casu contingit, quia nec constat nec probatur, quod d. tabellio fecerit præd. assertionem animo nocendi alicui: imo probatū existit, quod si aliquis defectus interuenit, id minime fuit dolo nec malitia, sed potius negligentia: si que potius presumitur error quam dolum, vt asserit Paulus de Castr. d. consil. 364. vol. 2.

Item vbi t agitur de modico preiudicio & paruo interesse, non presumitur falsitas, quia non subest causa verisimilis, quod pro modico voluerit quis falsum aut fraudem committere: falsitasq; non presumitur dolo commissa a notario, nisi, quando aliquod emolumentum, committens falsum, consequitur: quia falsitas non potest committi sine aliqua causa. ¶ Nam delictorum eum plura t sunt genera, non solet quis moueri ad delinquendum sine aliqua causa eum impellente, & dolum non solet committi sine animo lucrandi, vt pluribus relatis resoluit Rol. a Valle consil. 38. n. 37. & segg. lib. 1. & Aymon Crauet. consil. 75. n. 13. & 14. lib. 1. plures allegans: vbi etiam, quod t cessante causa doli debet cessare doli presumtio, vt in terminis ad excusandum notarium allegat Socin. consil. 277. col. 1. vers. & super hac varietate, l. 2. qui est omnino videndus, dicens, quod iura potius presumunt errorem in tabellione, quam dolum, nisi aliter probetur, vt in l. quoties, §. 1. & ibi Bart. & alij, ff. de hered. insti.

Vnde t infert Crauet. vbi supr. n. 14. quod si notarius apposerit vocacionem suorum in testamento, etiam si probatum sit, testatorem suos non vocasse, ex hoc non potest dolum contra notarium considerari, ex quo doli causa nulla verisimilis imaginari potest per supr. dicta: sed presumetur, notarium apposuisse per simplicitatem aut errorem, & sic deliquisse per culpam, & non per dolum.

Item quod dolum non solet committi sine animo & causa lucrandi, & quod falsitas non presumatur dolo commissa a notario, nisi, quando committens falsum, consequitur aliquod emolumentū, tenet cum alijs nouissimè idem Rolan. a Valle consil. 11. n. 56. & segg. lib. 3. & quod cesset presumtio falsitatis, quando ex ea nullum quis consequitur commodum, tenet alios allegans Aymon. d. consil. 75. n. 17. Sed in proposito nullum commodum neq; lucrū reportauit notarius hic accusatus, nec maius interesse consequutus fuit ex d. relatione, quam si facta non fuisset, vt optime probatum existit in processu; Igitur neq; dolum neq; falsitas commissa est.

Tertio t respondeo ad d. l. i. C. ad l. Cornel. de fidei. quod licet presumatur, dolum probatur delicto, a dolo tamen excusatur qualibet causa, licet iniusta, vt tenet glos.